

Vel nomine aliquo diverso. Ut *Herodes* Lucæ Act. 12, 1. est *Josepho Agrippa*; & *Johannes*, est etiam *Marcus*, Act. 12, 12.

Hinc Gloss. in *Maimon. in Cerushin* cap. 3. Duo forte sunt ei nomina, Judaicum scilicet, atque illud quò eum appellant הלועזר *li qui non sunt Judæi*.

Atque illud *Hieros. Gittin. fol. 43. 2. Israëlitæ extra terram Israëliticam nomina habent sicut nomina Gentilium*.

Imò audi, quid dicant in eodem tractatu, fol. 45. 3. de Judæis etiam in terrâ Israëliticâ degentibus: Fortè duæ sunt ei uxores, una in *Judeâ*, altera in *Galileâ*. Et forte duo sunt ei nomina, unum in *Judeâ*, alterum in *Galileâ*: Si nomen suum, quò in *Judeâ* vocatur, subscribat, ut eam dimittat, quæ est in *Galileâ*, vel nomen, quò in *Galileâ* vocatur, ut eam dimittat quæ est in *Judeâ*, divortium non est.

Non mirum ergò, si *Saulus* extra terram *Israëliticam* natus, & donatus civitate *Romanâ*, nomen *Romanum* haberet conjunctum cum nomine suo *Judaico*: Atque observationem meretur, eum jam Apostolum *Gentilium* factum, *Gentili* nomine suo se nuncupare semper, *Judaico* nunquam. *Lucam* 9, ejus acta prosequentem, *Saulum* eum vocare, dum inter *Judæos* est scena historię; at *Paulum*, dum inter *Ethnicos*.

VERS. 2. ἁγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

Opponitur videtur τοῖς ἁγιασμένοις ἐν νόμῳ. Aut respicere legem istam, *Deut. 23, 1. 2.* &c. de exclusionem quamplurimorum ab Ecclesiâ Dei: quod non ita fit sub *Christo*.

κλητοῖς ἁγίοις.

Lingvâ *LXX.* Interpretum *שׂרן* *קרימו* ita redditur, *Levit. 23, 2. Αἱ ἐορταὶ κυρίου, αἷς καλέσετε αὐταῖς κλητὰς ἁγίας.* vers. 3. *Σάββατα ἀνάπαυσις κλητῆ ἁγία τῷ κυρίῳ*, vid. & vers. 4. 7. 8. &c.

*ἁγιασμένοι ἐν Χριστῷ* generale est, quod subdividitur in *κλητὸς ἅγιος* verè sanctos, & *ἑπικαλημένους τὸ ὄνομα κυρίου*, professione sanctos,

VERS.